

Themistocles μηδισμοῦ quem vocant falso accusatus est.

Caput I. De vi et utilitate historiae.

Omnes omnium populorum¹⁾ temporumque viri probi, integri, optimi maxime meditati sunt²⁾, quomodo tot tantorumque malorum, miseriarum atque calamitatum, quae totum genus humanum³⁾ miserandum in modum opprimerent, efficax reperire possent remedium. Iam hominibus excellentissimis antiquorum temporum ingeniosissimisque persuasum erat, plurima horum malorum et ea quidem omnia, quae non aut naturalibus quibusdam

¹⁾ Mitten unter der allgemeinen Gottlosigkeit und Lasterhaftigkeit der Heiden ließ Gott einzelne erleuchtete und gute Menschen aufstehen, welche das Dasein des Einen wahren Gottes wenigstens ahnten und sich der Tugend redlich beflissen, und welche sich mit aller Macht den Greneln des Heidenthums entgegensetzten, wieder reinere Begriffe von Gott verbreiteten und durch ihr Vorbild Manche zu einem tugendhaften Lebenswandel ermunterten, noch Mehrere aber wenigstens von einem tieferen Fall in Sünde und Laster zurückhielten. Schuster, latech. Handb. I. B. I. Abth. Erg. 1846. p. 317.

²⁾ Et quoniam maxime rapimur ad opes augendas generis humani, studemusque nostris consiliis et laboribus tutiorem et opulentiorum vitam hominum reddere et ad hanc voluptatem ipsius naturae stimulis incitamus: teneamus eum cursum qui semper fuit optimi cuiusque; neque ea signa audiamus, quae receptui canunt, ut eos etiam revocent, qui iam processerint. Cic. rep. lib. I, cap. 2.

³⁾ Οὐ μὲν γὰρ τί πού ἐστιν διζυρώτερον ἀνδρός
Πάντων, ὅσσα τε γαῖαν ἐπὶ πνέει τε καὶ ἔρπει. Hom. II. lib. XVII, v. 446. 447.

causis aut divinitus immissa apparerent, homini ab homine⁴⁾ insidiosae parari, variis dolis versutisque commoveri, malis artibus inferri. Quare viri sapientes, qui et virtutibus et meritis inter aequales eminebant,⁵⁾ vita, moribus, auctoritate ferocia hominum ingenia atque immitia erudiendo⁶⁾ mitigare, excolendo humanitate⁷⁾ imbuiere itaque mores⁸⁾ meliores efficere se posse rati, omne otium,

⁴⁾ Nulla tam detestabilis pestis est, quae non homini ab homine nascatur. Est Dicaearchi liber de interitu hominum, Peripatetici magni et copiosi: qui collectis ceteris causis, eluvionis, pestilentiae, vastitatis, belluarum etiam repentinae multitudinis, quarum impetu docet quaedam hominum genera esse consumpta; deinde comparat, quanto plures deleti sint homines hominum impetu, id est bellis aut seditionibus, quam omni reliqua calamitate. Cum igitur hic locus nihil habeat dubitationis, quin homines plurimum hominibus prosint et obsint: proprium hoc statuo esse virtutis, conciliare animos hominum et ad usus suos adiungere. Cic. off. II, 5.

⁵⁾ Γενομένων δὲ πεντηκοντουῶν, τοὺς διασωθέντας καὶ ἀριστεύσαντας πάντα πάντῃ ἐν ἔργοις τε καὶ ἐπιστήμας, πρὸς τέλος ἤδη ἀκτέον, καὶ ἀναγκαστέον ἀνακλίναντας τὴν τῆς ψυχῆς αὐγὴν εἰς αὐτὸ ἀποβλέψαι τὸ πᾶσι φῶς παρέχον· καὶ ἰδόντας τὸ ἀγαθὸν αὐτό, παραδείγματι χρωμένους ἐκείνῳ, καὶ πόλιν καὶ ἰδιώτας καὶ ἑαυτοὺς κοσμεῖν τὸ ἐπὶ λοιπὸν βίον ἐν μέρει ἐκάστου· καὶ οὕτως ἄλλους αἰεὶ παιδεύσαντας τοιοῦτους, ἀντικαταλιπόντας τῆς πόλεως φύλακας. Platon. civ. VII. Edit. Schn. II, p. 349. St. II, 540. a. b.

⁶⁾ Magna laus est et grata hominibus, unum hominem elaborare in ea scientia quae sit multis profutura. Cic. Man. 9.

⁷⁾ La civilisation véritable a des nuances délicates qui en sont comme le complément, et qui ne viennent qu'après tout le reste. La plus précieuse est le sentiment de la justice, de l'équité, le respect pour la vie et la dignité de l'homme. Tout peut être appris, imité, hors ces sentiments. La Russie et les Russes par N. Tourgueneff. Paris. 1847. T. I. p. 202. Sed omnium, quae in doctorum hominum disputatione versantur, nihil est profecto praestabilius, quam plane intelligi, nos ad iustitiam esse natos, neque opinione, sed natura constitutum esse ius. Id iam patebit, si hominum inter ipsos societatem coniunctionemque perspexeris. Cic. leg. I, 10. Τροφή γὰρ καὶ παιδευσις χρηστὴ σωζομένη, φύσεις ἀγαθὰς ἐμποιεῖ, καὶ αὐτὰ φύσεις χρησταὶ τοιαύτης παιδείας ἀντικαμβανόμεναι ἔτι βελτίους τῶν προτέρων γίνονται. Plat. civ. IV. St. II, 424 a.

⁸⁾ Quid tu adolescentem, quem esse corruptum vides, Qui tuae mandatus est fidei et fiduciae, Quin eum restituis? quin ad frugem corrigis? Et rei operam dare te fuerat aliquanto aequius, Si qui probiorem facere possis. Plaut. Trinum. Act. I. sc. II, 79 — 83. "Ἦν τοίνυν

omnes vires facultatesque ad animos adolescentium⁹⁾ praeclara eruditione atque doctrina¹⁰⁾ excolendos libentissime diligentissimeque adhibebant, quos adultos bonam felicem faustamque tandem exhibituros esse¹¹⁾ sortem confiderent. Quo studio incensi eam potissimum eligere solebant doctrinam, quae non solum mentem cognitionibus recipiendis exerceret, sed etiam mores emendaret¹²⁾ cor-

ἔθεμεν τοῦ φιλοσόφου φύσιν, ἃν μὲν οἶμαι, μαθήσεως προσηκούσης τύχῃ, εἰς πᾶσαν ἀρετὴν ἀνάγκη ἀξανομένην ἀφικνεῖσθαι. Plat. civ. VI. St. II. 492. a. Nam si ut vasa eum odorem quo primum imbuta sunt, ita animi, quas primas opiniones combiberunt, constantissime servant: diligenter nobis videndum est, ut in gravibus et seriis rebus statim a principio videamus, quid verissimum sit idque animo conceptum et comprehensum perpetuo retineamus. Muret. Orat. p. I. v. II. or. III. ed. Kirchh.

9) Ὡς δὴ τι τὸ λεγόμενον, τὰ παίδων μαθήματα θαυμαστὸν ἔχει τι μνημεῖον. Ἐγὼ γὰρ ἃ μὲν χθὲς ἤκουσα, οὐκ ἂν οἶδα εἰ δυναίμην ἅπαντα ἐν μνήμῃ πάλιν λαβεῖν· ταῦτα δὲ ἃ πάμπολυν χρόνον διακίχοα, παντάπασιν θαυμάσαιμ' ἂν εἰ τί με αὐτῶν διαπέφευγεν. Plat. Tim. St. III. 26. b.

10) Πάντων μὲν γὰρ ὧν ἐγὼ οἶδα μάλιστα ἔμελεν αὐτῷ εἰδέναι, ὅτου τις ἐπιστήμων εἴη τῶν συνόντων αὐτῷ, ὧν δὲ προσήκει ἀνδρὶ καλῷ καὶ ἀγαθῷ εἰδέναι, ὅ, τι μὲν αὐτὸς εἰδείη, πάντων προθυμότερα ἐδίδασκεν, ὅτου δὲ αὐτὸς ἀπειρότερος εἴη, πρὸς τοὺς ἐπισταμένους ἤγεν αὐτούς. Xenoph. Comment. IV, 7. Erant hi discipuli Platonis philosophi, ... virtutem, ad quam quotidie praeceptis magistri erudiebantur, patriae exhibere cupientes .. Iustin. XVI, 5.

11) Ἀληθὲς δὴ πάντων μὲν ἀγαθῶν θεοῖς ἡγείται, πάντων δὲ ἀνθρώποις ἧς ὁ γενήσεσθαι μέλλον μακάριός τε καὶ εὐδαίμων ἐξ ἀρχῆς εὐθύς μέτοχος εἴη, ἵνα ὡς πλεῖστον χρόνον ἀληθείας ὧν διαβιοῖ. Plat. leg. V. St. 730. c. Ἐλπίζειν δ' αἰεὶ τοῖς γ' ἀγαθοῖσι τὸν θεὸν ἃ δωρεῖται· περὶ δὲ τὰ ἀγαθὰ . . . αἰεὶ πάντ' αὐτοῖς παραγενήσεσθαι μετ' ἀγαθῆς τύχης. Ib. 732. c. Qui autem in virtute summum bonum ponunt, praeclare illi quidem: Cic. amic. 6.

12) Φρόνησιν δὲ καὶ ἀληθείας δόξας βεβαιοῦν, εὐτυχὲς ὅτῳ καὶ πρὸς τὸ γῆρας παρεγένετο. τέλος δ' οὖν ἔστ' ἀνθρώπος ταῦτα καὶ ἐν τούτοις πάντα κεκτημένος ἀγαθὰ. παιδείαν δὴ λέγω τὴν παραγινομένην πρῶτον παισὶν ἀρετὴν. Plat. leg. II. St. II. 653. Ἀντὶ δὲ τοῦ διαφθεῖρειν τοὺς νέους, ὃ δὴ ὁ γραψάμενος αὐτὸν ἡτιῶτο, φανερός ἦν τῶν συνόντων τοὺς πονηράς ἐπιθυμίας ἔχοντας τούτων μὲν παύων, τῆς δὲ καλλίστης καὶ μεγαλοπρεπεστάτης ἀρετῆς, ἣ πόλεις τε καὶ οἴκους εὖ οἰκοῦσι, προτρέπων ἐπιθυμεῖν. Xenoph. Comment. I, 2. extr.

ruptos ac societatis vincula artius contrahens vitae reique publicae commoda imprimis tueretur. Nihil igitur primo quidem dubitabant, quin haec omnia mathesis¹³⁾ praestare posset, quod ad percipiendas res difficiles hominem maxime idoneum¹⁴⁾ redderet, voluntatique virilem¹⁵⁾ quandam adderet firmitatem. Atque Pythagoras¹⁶⁾, cuius tantum apud discipulos suos valebat auctoritas¹⁷⁾, ut

¹³⁾ Διὸ μαθημάτων δέον ἂν εἴη ... Τὸν δὲ σύμπαντα ταῦτα οὕτως εἰληγότα, τοῦτον λέγω ἀληθέστατα σοφώτατον· ὃν καὶ ... ἐκ πολλῶν ἓνα γεγονότα, εὐδαιμονία τε ἔσσεσθαι καὶ σοφώτατον ἅμα καὶ μακάριον. Plat. Epin. St. II. 990. c. 992. b. Endlich, und dieß möchte in unseren Tagen nicht zu übersehen sein, bietet diese Wissenschaft, als die beste Disciplin des menschlichen Geistes, unserer Jugend und durch sie den kommenden Geschlechtern, die angemessenste Gelegenheit dar, ihre geistige Kraft zu üben und ihren Sinn für das Höchste, was uns angeht, für Recht und Wahrheit zu wecken und zu stärken. Littrow, die Wunder des Himmels p. 7. 4. Aufl.

¹⁴⁾ Προσῆκον δὲ τὸ μάθημα ἂν εἴη, νομοθετῆσαι καὶ πείθειν τοὺς μέλλοντας ἐν τῇ πόλει τῶν μεγίστων μεθέξειν, ἐπὶ λογιστικὴν ἵεναι, καὶ ἀνδρῆσθαι αὐτῆς, μὴ ιδιωτικῶς, ἀλλ' ἕως ἂν ἐπὶ θεῶν τῆς τῶν ἀριθμῶν φύσεως ἀφίκωνται τῇ νοήσει αὐτῇ· οὐκ ὦν ἔτι οὐδὲ πράξεως χάριν ὥς ἐμπόρους ἢ καπῆλους μελετῶντας, ἀλλ' ἕνεκα πολέμου τε καὶ αὐτῆς τῆς ψυχῆς ὁμοσιότητος· τόδε ἤδη ἐπεσκέψω, ὥς οἱ τε φύσει λογιστικοί, εἰς πάντα τὰ μαθήματα ὥς ἔπος εἰπεῖν ὅςτις φύονται, ... Plat. civ. VII. St. II. 525. c. 526. b.

¹⁵⁾ Καὶ μνήμονα δὲ καὶ ἄφρονα καὶ πάντα φιλόπονον ζητητέον. Plat. civ. II. St. II. 535. b.

¹⁶⁾ Ὡς περ Πυθαγόρας αὐτὸς τε διαφερόντως ἐπὶ τούτῳ ἡγαγῆθαι καὶ οἱ ὕστεροι ἔτι καὶ νῦν Πυθαγόρειον τρόπον ἐπονομάζοντες τοῦ βίου διαφανεῖς πη δοκοῦσιν εἶναι ἐν τοῖς ἄλλοις. Plat. civ. X. St. II. 600. b. Πυθαγόρας ὁ Σάμιος, ἀφικόμενος εἰς Αἴγυπτον, καὶ μαθητὴς τῶν ἱερέων γενόμενος, τὴν δὲ ἄλλην φιλοσοφίαν πρῶτος εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐκόμισε, καὶ τὰ περὶ τὰς θυσίας καὶ τὰς ἀριστείας ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐπιφανέστερον τῶν ἄλλων ἐσπούδασεν. Isocr. Busir. p. 402. ed. Anger. In comœdiis suas personas saepe ita colloqui facit (Epicharmus), ut sententias Pythagoricas et in universum sublimia vitae praecepta immisceret. Grysar. de Doriens. Comœdia p. 111. Col. 1828.

¹⁷⁾ Pythagoras... vir ingenio, doctrina et auctoritate praeccellens. Groddeck, init. hist. Gr. lit. I, 101. Die Schüler erwarben sich durch sittliches und kluges Betragen allgemeine Achtung, feinen Tact für das Gerechte, Gute und Schädliche und behaupteten ihre Würde wie ein Heiligthum der Seele. Ditthey, Griech. Fragm. in Prof. u. Poes. Jbdt. 1835. p. 66. sqq.

dietum „*Αὐτὸς ἑφά*“ omnem facile inter ipsos componeret controversiam, plus huic disciplinae tribuens, vitae rationem usumque numeris describi volebat. Quis est, qui ignoret, quanta Archimedes civitati suae machinis bellicis arte mathematica inventis attulerit commoda! Sed homines improbi mox ea ipsa arte ad aliorum perniciem abutebantur sagaciores¹⁸⁾, praesertim quum plerisque¹⁹⁾ aut ingenii acumen aut otium ad percipiendum altiusque penetrandum deesset. Malitiam inde esse natam inter homines²⁰⁾ miseriamque insuper variis insidiis²¹⁾ auctam vehementissime maerentes ad aliam confugere pii viri disciplinam. Historiae naturalis studio adolescentium imbuentes animos²²⁾, ut, totius huius mundi admirabilem pulchritudinem contemplantes, insignem omnium rerum ordinem²³⁾ adamarent et imitari vita moribusque inciperent ipsi, adducere eos volebant.

¹⁸⁾ Ut enim quisque maxime ad suum commodum refert, quaecunque agit, ita minime est vir bonus; ut, qui virtutem praemio metiuntur, nullam virtutem, nisi malitiam putent. Cic. leg. I, 18.

¹⁹⁾ *Τόδε μὲν οὖν, οἴμαι, πᾶς ἡμῖν ὁμολογήσει τοιαύτην φύσιν καὶ πάντα ἔχουσαν ὅσα προσεῖξαμεν νῦν δὴ, εἰ τελέως μέλλοι φιλόσοφος γενέσθαι, ὀλίγαις ἐν ἀνθρώποις φύεσθαι καὶ ὀλίγας.* Plat. civ. VI. St. II. 491. a.

²⁰⁾ Vetustissimi mortalium, nulla adhuc mala libidine, sine probro, scelere, eoque sine poena aut coercitionibus agebant. Neque praemiis opus erat, cum honesta suoapte ingenio peterentur; et ubi nihil contra morem cuperent, nihil per metum vetabantur. At postquam exui aequalitas, et pro modestia ac pudore ambitio et vis incedebat, provenire dominationes multosque apud populos aeternum mansere. Tac. ann. III. 26. conf. Ov. Met. I, 89 — 150.

Postquam vero calliditas quaedam, prava virtutis imitatrix, sine ratione officii dicendi copiam consecuta est; tum ingenio freta malitia pervertere urbes et vitas hominum labefactare assuevit. Cic. rhet. I, 3.

²¹⁾ *Ἄλλ', ὦγαθέ, ἔστω μὲν ἄδικος, δυνάσθω δὲ ἀδικεῖν ἢ τῷ λανθάνειν ἢ τῷ διαμάχεσθαι, ὅμως ἐμέ γε οὐ πείθει, ὥς ἔστι τῆς δικαιοσύνης κερδαλεώτερον.* Plat. civ. I. St. II. 345. a.

²²⁾ Sumatur enim nobis quidam praestans vir optimis artibus .. Quanto tandem igitur gaudio affici necesse est sapientis animum ... quum totius mundi motus conversionesque perspexerit sideraque viderit innumerabilia coelo inhaerentia cum eius ipsius motu congruere certis infixa sedibus. Horum nimirum adspectus impulit illos veteres et admonuit, ut plura quaererent. Cic. Tusc. disp. V. 24.

²³⁾ Haec tractanti animo et noctes et dies cogitanti existit illa a deo Delphis praecepta cognitio, ut ipsa se mens agnoscat coniunctamque cum divina mente se sentiat: ex quo insatiabili gaudio completur. Ipsa enim cogitatio de vi et natura deorum studium incendit illius aeternitatis imitandae neque se in brevitate vitae collocatam putat, quum rerum causas alias

Sed etiam hanc praeclarissimam, pulcherrimam, utilissimam doctrinam, cuius necessitas ac desiderium summis hodie quoque a praeclaris viris effertur laudibus, omnino in contrarium commutarunt, et tantum aberat, ut fructus ex hoc studio illos qui maximi sunt perciperent, subsidia ad omnes vitae status praeparata haberent, morum integritatem, societatis et amicitiae inter homines artius vinculum retinerent, ut hominis etiam dignitatem, quam ipsi vates summo colore illustrarunt, penitus obliviscerentur et bestiarum more corporis viribus, non iam mentis excellentissimae lumine, controversias disceptare instituerent. Quare quum illi viri optimi optima hac quoque destituti essent spe, fore ut cognitionibus humanis omnes homines ad bene beateque vivendum²¹⁾ excitare et perducere atque concordiam inter eos confirmare possent ita, ut de bello quicquam²²⁾ ne cogitaret quidem, ingens tristitia, omnibus rebus desperatis, diligentissimum quemque et nobilissimum maxime torquebat. Summo igitur iure ad religionem²³⁾ reverterunt, quam Enos patriarcha aequalibus iam commendaverat^{24*)} quamque Noe centum viginti per annos admirabili constantia nequidquam proposuerat genti periturae, coelestem minitans iram poenamque; sed maximam

ex aliis aptas et necessitate nexas videt. C. Tusc. V. c. 25. *Τὸ δ' ἐπὶ τοῖς τέλοσ, εἰς θείαν γένεσιν ἅμα καὶ τὴν τῶν ὁρατῶν καλλίστην τε καὶ θειοτάτην φύσιν ἴτεον, ὅσην ἀνθρώποις θεὸς ἔδωκε κατιδεῖν . . . Οὐ γὰρ ἄνευ γε τούτων μήποτε τις ἐν πόλει εὐδαίμων γένηται φύσις, ἀλλ' οὗτος ὁ τρόπος, αὕτη ἡ τροφή, ταῦτα τὰ μαθήματα, εἴτε χαλεπὰ εἴτε ῥάδια, ταῦτα πορευτέον· ἀμελεῖσαι δὲ οὐ θεμιτόν ἐστι θεῶν.* Plat. Epin. 992. a.

²¹⁾ Quaenam oblectatio animi conferri cum eorum studiis potest, qui semper aliquid anquirunt, quod spectet et valeat ad bene beateque vivendum. Cic. off. II, 6. Quod enim munus reipublicae afferre maius meliusve possumus, quam si docemus atque erudimus iuventutem? his praesertim moribus atque temporibus, quibus ita prolapsa est, ut omnium opibus refrenanda et coercenda sit. Cic. div. II, 2.

²²⁾ *Ἐπεὶ κινδυνεύει πόλις ἀνδρῶν ἀγαθῶν εἰ γένοιτο, περιμάχῃον ἂν εἶναι τὸ μὴ ἄρχειν ὥσπερ νῦν τὸ ἄρχειν.* Plat. civ. I. St. II. 347. d. Nec vero id effici posse confido, quod ne postulandum quidem est, ut omnes adolescentes se ad haec studia convertant. Pauci utinam! quorum tamen in republica late patere poterit industria. Cic. div. II. 2.

²³⁾ *Τὸ δὲ μέγιστον ἀρετῆς οὐ καλῶς πραττόμενον ἡμῖν γέγονεν αἷτιον . . . μεῖζον μὲν γὰρ ἀρετῆς μηδεὶς ἡμᾶς ποτε πείδη τῆς εὐσεβείας εἶναι τῇ θνητῇ γένει.* Plat. Epin. St. II. 989. b. ^{24*)} Die Sethiten . . brachten in Enos den Stifter der gemeinsamen Gottesverehrung hervor. Kiesel, Weltgesch. I, 9. Gen. IV, 26: coepit invocare Nomen Domini.

partem laudabilissimum ipsorum studium et paucos tantum e multitudine allexit, pauciores inflammavit confirmavitque discipulos, et multos summa invidia implevit adversarios: quasi vero isti homines post vastissimum illud diluvium omnibus nationibus memoria perpetua traditum rectissime opinati essent vel profecto sensissent, quavis numinis divini cognitione nova novum sibi imponi officium, quod neglectum deorum commoveret necessario iras acerbioresque infelici humano generi, praecipue improbis hominibus, infligeret poenas: nullam enim aliam immanis odii, quod omnes perversi²⁷⁾ homines post diluvium usque ad hanc aetatem contra religionem veritatisque indagandae studium conceperunt ostentaruntque, invenire potui causam. At quis non deplorabit supplicia saepe quam quae describi possint crudeliora optimorum virorum, qui saluti hominum prospicientes tot numero pessimorum hominum invidiae malitiaeque succubuerunt! Et quo quis ad veritatem propius accesserat, eo crudelius in eum consulebant: Socrates quidem, quem ipse Apollo sapientissimum omnium Graecorum iudicaverat, qui nemini unquam nocuerat, multis²⁸⁾ profuerat, veneno necatus est; prophetae vero, nuntii divinitus missi, aut lapidibus obruti, aut immanissimis tormentis trucidati sunt; Christum Dominum, viam, veritatem, vitam, cruci affixerunt. Refugit animus crudelitatis et tormentorum reminisci magnorum, quibus Filii Dei vestigia legentes usque ad hoc tempus interemti sunt atque opprimuntur homines in diversis et Christianorum et Muhammedanorum civitatibus. In tanta praeterea opinionum de rebus divinis per omnes gentes diversitate quomodo concordia, pax, coniunctio inter homines hominum studiorumque ut exoriatur fieri poterit! —

Quum igitur religio, quamvis hominum animos divino inflammet amore, non omnes omnino, sed singulos tantum ad bene beateque vivendum in his terris

²⁷⁾ Ubi enim liberalitas, ubi patriae caritas, ubi pietas, ubi aut bene merendi de altero, aut referendae gratiae voluntas poterit exsistere? Nam haec nascuntur ex eo, quia natura propensi sumus ad diligendos homines; quod fundamentum iuris est: neque solum in homines obsequia, sed etiam in deos caeremoniae religionesque tolluntur: quas non metu, sed ea coniunctione, quae est homini cum deo, conservandas puto. Cic. leg. I, 15. En vain l'injuste violence Au peuple qui le loue imposerait silence; Son nom ne périra jamais. Racine, Athal. Act. I, sc. IV.

²⁸⁾ Quid dicam de Socrate? cuius morti illacrimari soleo Platonem legens. Cic. nat. deor. III, 33. Illud tamen eius philosophi magnificum ac paene divinum, quod, quum impiis sententiis damnatus esset, aequissimo animo se dixit mori. Cic. div. I, 53.

incitare atque adducere possit, aliud nobis excogitandum erit remedium, quo diligenter adhibito et discidia componantur et inimicitiae acerbissimae extinguantur. Quod sola praestare poterit historia et praestabit²⁹⁾ profecto, si vere historia est, rerum gestarum fidelis et sincera narratio³⁰⁾, et non acervus narratiuncularum ex variis aut verisimilibus commentis aut impudentissimis mendaciis contextarum³¹⁾. Historiam enim iam Cicero, praeclarissimus ille vir, orator insignis idemque philosophus subtilis, qui vitam tam privatam quam publicam optime noverat, lucem veritatis, magistram vitae rectissime appellat, cui sententiae Livius, quem nemo rerum gestarum scriptor aut candore animi aut studio probitatis sinceritatisque superavit³²⁾ summam addit auctori-

²⁹⁾ Nec vero sum inscius, esse utilitatem in historia, non modo voluptatem. Cic. fin. V, 19. Ἀλλ' εἰ ποῦ τινες κατερίαι πρὸς ἅπαντα καὶ λέγονται καὶ πράττονται ὑπὸ ἐλλογίμων ἀνδρῶν, θεατὸν τε καὶ ἀκροασίον. Plat. civ. III. St. II. 390. d. Τοὺς ποιητὰς ἀναγκάζετε λέγειν, ὥς ὁ μὲν ἀγαθὸς ἀνὴρ σόφρων ὢν καὶ δίκαιος εὐδαιμων ἐστὶ καὶ μακάριος, ἐὰν τε μέγας καὶ ἰσχυρὸς ἐὰν τε σμικρὸς καὶ ἀσθενὴς ᾖ. Plat. leg. II, 6. St. II. 660. e. Ceterum ex aliis negotiis, quae ingenio exercentur, imprimis magno usui est memoria rerum gestarum: cuius de virtute quia multi dixerunt, praetereundum puto. Sallust. bell. Jugur. 4.

³⁰⁾ Die Geschichte soll keine Dichtung, sondern eine Erzählung des Geschehenen sein; Wahrheit muß daher ihr erstes Gesetz sein. Die Geschichte darf weder Falsches berichten, noch Falsches mit Wahrem vermischen und so die Wahrheit entstellen. Wappler, Geschichte d. f. R. Wien 1865. p. 1. In the execution of this extensive plan, might I assume any merit to myself, it would be that of having diligently studied the Greek writers, without adopting their prejudices, or copying their narratives with servility. Gillies, the Hist. of A. Gr. I, VI.

³¹⁾ Quid est enim temeritate turpius? aut quid tam temerarium, tamque indignum sapientis gravitate atque constantia, quam aut falsum sentire, aut, quod non satis explore perceptor sit, et cognitum, sine ulla dubitatione defendere. Cic. nat. deor. I, 1. Ἀλλ' οὐκ ἦν, οἶμαι, τότε, ὃ νυνὶ ποιεῖ, ἐκ παλαιῶν χρόνων, καὶ ψηφισμάτων πολλῶν ἐκλέξαντα ... διαβάλλειν, καὶ μετενεχόντα τοὺς χρόνους, καὶ προσάσεις ἀντὶ τῶν ἀληθῶν ψευδεῖς μεταθέντα τοῖς πεπραγμένοις, δοκεῖν τι λέγειν· οὐκ ἦν τότε ταῦτα, ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἀληθείας, ἐγγὺς τῶν ἔργων, ἐπὶ μνημονίων ὕμνων καὶ μόνον οὐκ ἐν ταῖς χερσὶν ἕκαστα ἔχόντων, πάντες ἐγίγνωτ' ἂν οἱ λόγοι. Demost. coron. 66.

³²⁾ Accuratius enim, quam ab adversariis factum est, distinguendum esse arbitror inter ipsius auctoris (Livii) fidem (subiectivam) sive sinceritatem eius, veritatisque studium, quo nemini eum cedere, omnes fere superare credo, et fidem (obiectivam). Kruse, dissert. de fid. Liv. Lips. 1812. p. 5. Ut est natura candidissimus omnium magnorum

tatem, quum historiae praestantiam in vita usuque maxime elucere doceat: „Ad illa mihi“, inquit, „pro se quisque acriter intendat animum, quae vita, qui mores fuerint, per quos viros quibusque artibus et partum et auctum imperium sit. Hoc illud est praecipue in cognitione rerum salubre et frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri; inde tibi tuaeque reipublicae quod imitere capias; inde foedum inceptu, foedum exitu, quod vites.“ Quae quum ita sint quis est, qui dubitet, quin rerum gestarum scriptor vir sit oporteat rectus et honestus, bonus et simplex, probus³³⁾ a puero, integer, sincerus, virtutis³⁴⁾ amantissimus, hominum verae salutis studiosissimus,³⁵⁾ summo ingenii acumine praeditus, tenax propositi, diligentissimus veritatis investigator.³⁶⁾ Quamquam vero optimus quisque religioni suae necessario

ingeniorum aestimator T. Livius, plenissimum testimonium Ciceroni dedit. Senec. suavor. VII. p. 41. ed. Bip. Diese Lauterkeit, Schönheit, Aufrichtigkeit (candor) des Gemüthes geht hervor aus der sittlich-religiösen Richtung desselben, welche sich überall in dem Werke ausdrückt, und die Norm für die Beurtheilung von Personen und Sachen bildet. Weissenborn, Tit. Liv. I. 16.

³³⁾ Iustis autem hominibus, id est, bonis, ita fides habetur, ut nulla sit in his fraudis iniuriaeque suspicio. Itaque his salutem nostram, his fortunas, his liberos rectissime committi arbitramur. Cic. off. II, 9.

³⁴⁾ La vertu peut-elle être en grande estime là où le vice n'est pas en grand mépris? Tourgueneff, la Russie T. I. p. 203.

³⁵⁾ Καὶ τὸν αἰεὶ ἐν τε παισὶ καὶ νεανίσκοις καὶ ἐν ἀνδράσι βασανιζόμενον καὶ ἀκρόατον ἐκβαίοντα καταστατέον ἀρχοντα τῆς πόλεως καὶ φύλακα. Plat. civ. III. St. II. 413. e. Iustum ac tenacem propositi virum Non civium ardor prava iubentium, (Non vultus instantis tyranni) Mente quatit solida neque Auster. Horat. Carm. III, 3. 1.

³⁶⁾ Τὸν ἄρα τῷ ὄντι φιλομαθῇ πάσης ἀληθείας δεῖ εὐθὺς ἐκ ῥέου ὅτι μάλιστα ὁρῶμεθα. Ἡ οὖν οἰκειότερον σοφία τι ἀληθείας ἢ εὐροίς; Plat. civ. VI. St. II, 485. c. d. Ἔστιν εὖν ὅπη μέμψῃ τοιοῦτον ἐπιτήδευμα, ὃ μή ποτ' ἂν τις οἶός τε γένοιτο ἱκανῶς ἐπιτηδεῦσαι, εἰ μὴ φύσει εἴη μνήμων, εὐμαθής, μεγαλοπρεπής, εὐχαρὶς, φίλος τε καὶ συγγενής ἀληθείας, δικαιοσύνης, ἀνδρίας, σωφροσύνης; ib. 487. a. Aber die Geschichte verkündet nicht blos die Wahrheit der Vergangenheit, sondern aus der Vergangenheit die Wahrheit der Zukunft (ἡ προφητικὴ τῆς ἀληθείας ἱστορία Diod. I. 2); nicht spricht ihr göttlicher Mund (τὸ θεϊκώτατον τῆς ἱστορίας στόμα: Diod. I. c.) blos wahre Thatfachen aus, sondern eine Wahrheit, welche für alle Zeit und Ewigkeit gilt. Fast könnte es scheinen, als griffe damit die Geschichte in das Gebiet der prophetischen Poesie oder in das der abstrahirenden Philosophie hinüber. Allein Poesie, Geschichte und Philosophie sind einander näher verwandt als es

semper est deditissimus, tamen historiae facta sine ullo partium¹⁷⁾ studio diligentissime investigabit, investigataque vere et sincere ita uti perperata repererit in aspectum lucemque proferet, ne augendo vel minuendo iustitiam infringat neve lectores aut iniuste deterreat aut pessimo publico in devia deducat. Potest quidem iudicium de facto ipso pronuntiare, postquam rem gestam ipsam¹⁸⁾ enarravit, sed omnino non ipsi intexendum est narrationi, ne factum opinione ficta atque vana labefactasse atque pervertisse videatur: Facta loquantur!¹⁹⁾ Ita rerum gestarum scriptor verissime animae medicus²⁰⁾ vitaeque

auf den ersten Anblick sichtbar ist: sie haben alle drei denselben Stoff: die Wahrheit; dasselbe Ziel: die Wahrheit. Phillips vermischte Schriften B. 1856. 1, 21. Das Studium der alten Geschichte erfordert als Basis einen gesunden, tüchtigen, philologisch-grammatischen Sinn, der gegen alles willkürliche Etymologistiren verwahrt, ein entwidestest geübtes Gefühl, Denkbarkheiten, Wahrheitslichkeiten und Wahrheiten zu unterscheiden, ein gereiftes Urtheil, eine Kenntniß der menschlichen und bürgerlichen Dinge, dessen was sich zu verschiedenen Zeiten und nach gleichen Gesetzen zugetragen hat, und vor allen Dingen Gewissenhaftigkeit und Redlichkeit fern von Schein, Eitelkeit, gewissenhaften Wandel vor Gottes Angesicht. Wohl zu beherzigen ist der Ausspruch früherer Zeiten, daß Gelehrsamkeit die Frucht der Redlichkeit und der Frömmigkeit ist. Zeller, Vorträge über röm. Gesch. v. Niebuhr. 1, 75. Wissenschaft ist Wahrheit, und Wahrheit das Licht des Geistes, seine mächtigste Schwinge. — Gingen nicht in der ganzen Geschichte des Menschengeschlechtes Blüthe und Bildung eines Volkes immer Hand in Hand? Littrow, die Wunder d. Himmels. p. 807.

¹⁷⁾ Allein das Hervortreten der konfessionellen Ueberzeugung thut der Unparteilichkeit keinen Eintrag. Wappler, Gesch. p. 1. —

¹⁸⁾ Es handelt sich einfach darum, ob es noch möglich sein soll, eine wahre Geschichte zu schreiben, oder nicht? Die Thatfachen stehen fest; wenn man sie noch so milde beurtheilt, so kann man sie doch nicht anders machen, und dem Geschichtschreiber muß das Recht gewahrt bleiben, sich an sie zu halten, weil es zugleich Pflicht ist. Menzels Literaturbl. J. 1863. n. 6. Die Geschichte wird zur Richterin, muß den Thatbestand erheben, muß unverfälschten Stoff zum Urtheil sammeln. So wird Wahrheit ihr ein Grundgebot. Ludwig, Universalgeschichte 1, 3. Wir haben auf Tritt und Schritt der Wahrheit nachgetrachtet, haben die unverkennbaren Züge der Wirklichkeit, wie sie uns aus den Quellen entgegenprechen, mit sichtigem und ordnendem Geiste zu einem treuen Gesamtbilde zu verbinden gestrebt und das Ganze mit dem Lebenshauche der ihm — und ihm allein — entnommenen Idee zu durchklären gesucht. Wahrheit, wir wiederholen es, die objective Wahrheit der Thatfachen und ihre jenem Zeitalter eignenden Motive ist unsere Aufgabe gewesen. Chiffell, Johanna d' Arc, gen. die Jungfr. v. Orl. 1864. p. V. L' impartialité de l' histoire n'est pas celle du miroir qui reflète seulement les objets, c' est celle du juge qui voit, qui écoute, et qui prononce. Lamartine, Histoire des Girond. I, 1.

¹⁹⁾ Wo die Einen nur Licht sehen, sehen die Andern nur Nacht. Unsere modernen Geschichtschreiber theilen sich, mit sehr wenigen Ausnahmen, in Advokaten der einen oder andern Ansicht und gehen nicht darauf aus, die Wahrheit der Thatfachen klar zu machen und ein richtiges Urtheil zu ermöglichen,

publicae gubernator optimus fiet. Uti enim quodvis venenum plus minusve nocere corporis integritati sanitatique experientia edocti scimus, sic eadem rerum gestarum historia ducti quodvis male factum et nocuisse semper et nociturum esse cognovimus. Qui rerum scriptor res gestas non diligentissime perscrutatur⁴¹⁾ et tamen profert, eius medici similis est, qui ad aegrotum invitatus confestim iam domi suae remedium ex arbitrio praescriberet, aegroto non audito,⁴²⁾ et

sondern sie vertuschen und bemänteln alles, was ihrer Parteilichkeit nicht zusagt, und übertreiben das Lob nach der einen, den Tadel nach der anderen Seite hin mit einem wachsenden Fanatismus. W. Menzel, Literaturbl. von 1865. n. 5. I undertake only to show it as it stands — not to efface, still less to re-paint it. Grote, history of Greece. London. 1846. v. I, p. XIII.

⁴⁰⁾ Ut medicina valetudinis, navigationis gubernatio, sic vivendi ars est prudentia. Cic. fin. V, 6.

⁴¹⁾ Allein in historischen Dingen entscheiden nur die Quellen, näher die richtig gelesenen und richtig verstandenen Quellen. Eüb. theol. Quart. 3. 1865. I. p. 104. Igitur de Catilinae coniuratione, quam verissime potero, paucis absolvam. Sallust. b. Cat. V. *Ἀπαιτεῖ δ' ἕκαστος καὶ τὰς αἰτίας ἰσορῆσαι τῶν γινόμενων καὶ τοὺς τρόπους τῶν πράξεων, καὶ τὰς διανοίας τῶν πραξάντων, καὶ τὰ παρὰ τοῦ δαιμονίου συγκυρήσαντα, καὶ μηδενὸς ἀνήκοος γενέσθαι τῶν πεφυκότων τοῖς πράγμασι παρακολουθεῖν.* Dion. Hal. ant. Rom. V, 56. Nam quis nescit, primam esse historiae legem, ne quid falsi dicere audeat? deinde ne quid veri non audeat? Cic. or. II. 15. *Ὁ δὲ ἐλεύθερος ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον τὰ τῶν ἐλευθέρων νοσήματα θεραπεύει τε καὶ ἐπισκοπεῖ, καὶ ταῦτα ἐξετάζων ἀπ' ἀρχῆς καὶ κατὰ φύσιν, τῷ κάμνοντι κοινοῦμενος αὐτῷ τε καὶ τοῖς φίλοις, ἅμα δέ, καθ' ὅσον οἷός τ' ἐστί, διδάσκει τὸν ἀσθενοῦντα αὐτόν, καὶ οὐ πρότερον ἐπέταξε πρὶν ἢν πῃ ξυμπείσῃ.* Plat. leg. IV. St. II, 720. d. Ce qu'on doit donc chercher dans l'histoire préférablement à tout le reste, c'est la vérité. Rollin, de la manière d'ens. III, 269. Die geschichtliche Wahrheit darf man nicht veruntreuen. Menzels Lit. 1863. 6.

⁴²⁾ Nam neque medicorum praecepta dici vere possint, si quae inscii imperitique pro salutaribus mortifera conscripserint. Cic. leg. II, 5. *Οὔτε τινὰ λόγον ἑκάστου περὶ νοσήματος ἑκάστου τῶν οἰκειῶν οὐδεὶς τῶν τοιούτων ἱατρῶν δίδωσιν οὐδ' ἀποδέχεται, προστάξας δ' αὐτῷ τὰ δόξαντα ἐξ ἐμπειρίας, ὡς ἀκριβῶς εἰδὼς, καθάπερ τύραννος ἀνθαδῶς οἰχεται ἀποπηδήσας πρὸς ἄλλον κάμνοντα οἰκέτην.* Plat. leg. IV. St. II, 720. c. *Ὡς περ ἂν εἴ τις ἱατρὸς ἀσθενοῦσι μὲν τοῖς κάμνουσιν εἰσιὼν μὴ λέγοι, μηδὲ δεικνύοι, δι' ὧν ἀποφεύγονται τὴν νόσον, ἐπειδὴ δὲ τελευτήσειε τις αὐτῶν, καὶ τὰ νομιζόμενα αὐτῷ φέροιτο, ἀκολουθῶν ἐπὶ τὸ μνημα, διεξιὼν, εἰ τὸ καὶ τὸ ἐποίησεν ἄνθρωπος οὕτως, οὐκ ἂν ἀπέθανεν.*

solius turpis lucri⁴³⁾ causa ad eum ventitaret. Attamen haud pauci his quoque temporibus⁴⁴⁾ inveniuntur rerum scriptores, quorum narrationes plurimis depravatae sint muliercularum fabulis, pessimis⁴⁵⁾ contaminatae erroribus, ut saepissime homini docto atque bene erudito difficile sit, vera a falsis discernere, adolescens vero nihil subdoli⁴⁶⁾ suspicans, iustissime ac libentissime libri praeceptorisque

Demost. cor. c. 71. Reisk. 308. Medico diligenti, priusquam conetur aegro adhibere medicinam, non solum morbus eius, cui mederi volet, sed etiam consuetudo valentis et natura corporis cognoscenda est. Cic. orat. II, 44.

⁴³⁾ Ὁ τῷ ἀκριβεῖ λόγῳ ἰατρός, ὃν ἄρτι ἔλεγε, πότερον χρηματιστὴς ἐστίν, ἢ τῶν καμνόντων θεραπευτής; καὶ λέγε τὸν τῷ ὄντι ἰατρὸν ὄντα. Plat. civ. I. St. II, 341. c. Ἄλλοι οὖν οὐ δὲ ἰατρός οὐδεὶς, καθόσον ἰατρός, τὸ τῷ ἰατρῷ συμφέρον σκοπεῖ οὐδ' ἐπιτίττει; ἀλλὰ τὸ τῷ κάμνοντι; ὁμολόγηται γὰρ ὁ ἀκριβὴς ἰατρός σωμάτων εἶναι ἄρχων ἀλλ' οὐ χρηματιστὴς. Plat. civ. I. St. II, 362.

⁴⁴⁾ Old errors and misconceptions, which have long since been exposed and exploded by scholars, are daily repeated and impressed upon the mind and memory of the rising generation; and the student is left to discover these errors at a maturer age, when it is not always an easy matter to get rid of them. But why, in the name of truth, should boys continue to learn that which has been proved again and again to be false and incorrect, and which afterwards they have to unlearn? The teacher has to much to do in storing the minds of his pupils with knowledge, and in training their mental powers to independent activity, that is it worse than waste of time to teach that which is false or unsound, and which in the progress of their studies must prove an obstacle rather than an assistance. Schmitz, A History of Rome. Lond. 1847. p. III.

⁴⁵⁾ Damals war es nur Napoleon I. erlaubt Tacitus einen Schönrödner und Machiavelli einen wahren Geschichtschreiber zu nennen. Augsb. Allg. Zt. 6. 12. 63. Nicht genug, daß man die Mitwelt belügt, man verfälscht auch, was in der Vergangenheit geschehen ist. Meuzels Literaturbl. 3. 1864. n. 25. Ἡ οὐ τὸ μὲν ἐψεῦσθαι τῆς ἀληθείας κακόν, τὸ δὲ ἀληθεύειν ἀγαθόν; ἢ οὐ τὸ τὰ ὄντα δοξάζειν ἀληθεύειν δοκεῖ σοι εἶναι; Οὐκοῦν κλαπέντες ἢ γοητευθέντες ἢ βιασθέντες τοῦτο πάσχουσιν; Κλαπέντας μὲν γὰρ τοὺς μεταπεισθέντας λέγω καὶ τοὺς ἐπιλανθανομένους, ὅτι τῶν μὲν χρόνος, τῶν δὲ λόγος ἐξαιρούμενος λανθάνει. Plat. civ. III. St. II, 413. a. b.

⁴⁶⁾ Καὶ τοὺς μὲν ὑπὸ φίλων ἐξαπατωμένους οὐκ ἐψεγε, τοὺς δὲ ὑποπολεμίων πάνπαν κατεμέμγετο, καὶ τὸ μὲν ἀπιστοῦντας ἐξαπατᾶν σοφὸν ἔκρινε, τὸ δὲ πιστεύοντας ἀνόσιον. Xen. Ages. c. 11.

